

Cinnabarin Arsenicalem albam habet *Job. Bapt. Porta Mag. lib. 5. cap. 5.* ubi pro sulphure arsenicum & tartarum substituit, facitq; argenteam Cinnabarin, quæ triplo aeri immista, argentum reddit optimum, album, dulce & malleabile. Ovo nimirum Cyprio, cujus hemisphæria exactè claudi possint, ne respirent, immittantur pares partes arsenici albi, argenti vivi & tartari subtiliter comminutorum & contritorum. Globus argillâ perlitus, & resiccatus, inferatur in prunas, quarum igni modico horis sex incalescat, inde aucto calore excandescat totus. In concavo invenietur sublimatum argenteum.

Cæruleam Cinnabarin describit *Birellus Alchym. lib. II. cap. III.* Argenti vivi partes tres, plumbi, salis armoniaci ana partes duæ sublimantur, donec fumus cæruleus exeat, Notandum, quòd bacillo ligneo debeamus foramen obstruere, eumque retrahere audito strepitu quasi frangendi vitri. Vel Recipe Mercurii quadrantem, Sulphuris unciam, salis armoniaci drachmas tres. Misce: sublima. Cum fumus cæruleus apparet, injice aliquid argenti. Quò plus, hoc melius. Cum liquatum est, refrigerat, teraturque exactè. Si æs adjiciatur, fit violacea.

### CAPUT IX.

*Differentiam aliqualem inter Cinnabarin Mineralem & Cinnabarin Antimonii suscipit.*

**A**Dmodum parum videtur distare Cinnabaris mineralis, seu Minium naturale à Cinnabari

¶nii



ꝯnii. Utraque eadem causas habet materiales: sulphur ꝯnii, ex quo Cinnabaris ꝯnii cum ꝶrio constat, æquè solaris naturæ est ac in Cinnabari nativa & minerali, ac utriusque finis atque usus æqualis est. Differentia saltem aliqualis in eo consistet, quòd Cinnabaris mineralis sit nativa & naturalis; Cinnabaris verò ꝯnii factitia & artificialis. Hoc enim modo paratur. &. Antimonii *Ungaric.* Mercurii sublimat. ana ꝯiꝯ. Mistra optimè indantur retortulæ vitreæ oblongioris colli. Hâc in arena locatâ, ita, ut tota cooperiatur, etiam superadditis carbonibus ignitis, prodit liquor gummosus, tandem intenditur ignis suppressionis per horas 4. vel ultra, ut retortula tota candescat. Refrigeratis vasis, in fundo retortæ invenientur ꝯnii eleganter splendentis ꝯi<sup>3</sup>/<sub>4</sub>. Adæquatur nonnunquam, sæpè augetur pondus, ob aliquas partes ꝶrii currentis, in poros se insinuantis. In collo retortæ Cinnabaris ꝯiij. in recipiente modicum ꝶrii currentis. Reliquum erit butyrum glaciosum. Aliàs plerumque Cinnabaris ꝯnii, seu ꝶꝶ ꝯnii ꝶriale, seu glaciale dictum expetitur, ex quo rursus ꝶrius vitæ & bezoardicum minerale paratur. Si desideratur ergò Cinnabaris potius, quàm butyrum ꝯnii, ignis fortis statim est dandus.

Non hîc audiendus videtur *Anton. Billichius lib. 1. obs. ac paradox. Chymic. cap. 14.* qui contra *Barthium* negat, in destillatione prædicta, in collum retortæ elevari Cinnabarin, aut in eo, quod elevatum est, esse Cinnabarin. Incidit in errorem non impetratæ Cinnabaris, quòd collum retortæ, metti congelationis, & indè natæ obstructionis, præsciderit. Tum omne resolvitur in butyrum. Non comparet etiam Cinnabaris in illo retortæ ob er-

rões



rores alios, & tunc in fundo retortæ cum  $\text{Zn}$ io manet conglobata, rubrâ vel flavâ induta veste.

Quomodo autem Cinnabaris  $\text{Zn}$ ii in majori impetretur copia, *P. I. Faber in Univers. Sapiens. lib. 4. arcan. 5. & Guerner. Rolsincius in chem. in art. form. redact. lib. 5. sect. 5. cap. 6.* proposuerunt.  $\text{R}$ . Mercur. crud. Mercur. sublimat. ana  $\text{lbj}$ . in cornuta oblongioris colli, debite antè pulverisata & probe mista pellantur in vas recipiens. Quamprimum gummosus liquor exstillavit, ab opere cessa, igne remoto, ne quid Cinnabaris ascendat, & in collum retortæ sublimetur. Post  $\text{R}$ . Capit. mort. in retorta resid. Mercur. sublimat. ana q. s. Ad examen bilancis pondus libretur ex æquo in nova retorta, quæ collum habet oblongius & amplius capaciufque, ut Cinnabaris habeat locum spatiosum, primùm igne lento, post intensiori, demum suppressorio, contentum  $\text{Zn}$ ii corpus sublimabitur in collum in majori copia. Verùm enim verò, nisi hæc cautela observetur de diversa  $\text{Zn}$ ii specie, quam Nobiliss. *Robertus à Boyle in Tentam, Physiologic. p. 77.* communicavit, non voto semper respondebit. Nam si  $\text{Zn}$ ium magis  $\text{S}$ riale & ad naturam solarem accedens fuerit; id quod arguunt nitentes in eo radii, minus Cinnabaris suppeditabit; secus autem, si magis  $\text{A}$ ureum, sed auro, quod priorem commendat, destitutum. Facile tamen, nec in minima copia, ex  $\text{Zn}$ ii  $\text{A}$ urei crudi & sublimati anatica portione ex  $\text{lbj}$ . ad tres vel quatuor unciaæ haberi possunt, citra  $\text{W}$  repetitas cum novo  $\text{S}$ rio sublimato destillationes, si ignis saltem non statim fortis detur, sed moderatus, tantùm continuus citra suppressionem. Postea saltem crebrior instituenda rectificatio per duo inversa vasa sublimatoria fictilia, ut socias omnes depo-



deponat. Et præstantissimum ac tutissimum medicamentum  $\Psi$ riale cum bezoardico minerali, vel etiam antimonio diaphoretico miscendum, ad vim illorum diaphoreticam ac sedativam exaltandam.

Et sic Chymici, non contenti factitia vulgari, illâ maximam partem Seplasiariis & pictoribus relictâ, ex  $\Gamma$ nio cum  $\Psi$ rio  $\Omega$ to ana per retortam, non præcisi colli, igne debite adhibito, Cinnabarin elegantissimam  $\Gamma$ niatam producant. Alii pro indubitato axiomatico supponentes, omne dissolvens, seu agens, pondere debere excellere & superare dissolvendum, ad partem j.  $\Gamma$ niæ recipiunt partes tres  $\Psi$ rii  $\Omega$ ti. Confer. *Febur. Traitt. de la Chym. part. 2. pag. 1016.*

De Cinnabari hac  $\Gamma$ niæ curiosè hic cum Excell. *Georg. Wolffg. Wedelio, Miscell. Curios. Germanic. Ann. 3. obs. 105.* quærimus, undè nam proveniat? Respondemus hîc iterum cum Curiosissimo *Wedelio l. c.* quod, sicuti ex  $\Psi$ rio &  $\Psi$ re fit Cinnabaris vulgaris, ita ex  $\Psi$ re  $\Gamma$ niæ &  $\Psi$ rio sublimato fiat hæc ipsa Cinnabaris  $\Gamma$ niæ. Hoc probatu facillimum erit 1. *a priori*, cum in  $\Gamma$ nio  $\Psi$ ur maximè abundet, ut quibusvis lixiviosis ferè totum in  $\Psi$ ur abire possit, in  $\Psi$ rio verò sublimato adsint spiritus salini  $\Theta$ li, qui evolutionem  $\Psi$ ris promovent, quemadmodum solus spiritus  $\Theta$ li ab  $\Gamma$ nio abstractus,  $\Psi$ ur extrahit. Cum itaque vi ignis primùm  $\Theta$ lia hæc cum parte florum  $\Gamma$ niæ in butyrum sunt resoluta, paritè interim  $\Psi$ ur  $\Gamma$ niæ, quod cum parte  $\Psi$ riali dulcè in collum retortæ sublimatur & attollitur; undè rectè dici potest, quod Cinnabaris  $\Gamma$ niæ nihil aliud sit, quàm  $\Psi$ rius  $\Omega$ tus dulcis,  $\Psi$ re, seu tincturâ  $\Gamma$ niæ embryonatus 2. *a posteriori*. In quod enim quid resolvitur, ex illo constat, jam verò Cinnabaris  $\Gamma$ niæ coctione cum lixiviosis, testibus *Joh. Hartmanno in*



not. ad Crollium & Joh. Schrodero Pharm. Medico Chymic. lib. 3. cap. 17. fatiscit in  $\text{S}$ rium currentem, &  $\text{S}$ ur  $\text{S}$ rii purissimum; ubi  $\text{S}$ ur istud duplex esse notamus: alterum purum, verum & genuinum; alterum impurū. Illud dicto modo confit, coquendo nempè Cinnabarin  $\text{S}$ rii cum lixivio fortissimo, ubi secessione factâ,  $\text{S}$ rius in fundum subsidet currens,  $\text{S}$ ur verò vel sensim sensimque sponte suâ decedit, vel acidis præcipitatur, & hoc sudoriferum est. Et simili propemodum processu  $\text{S}$ ur ex Cinnabari nativa separatur, si scilicet illa cum  $\text{S}$ ris  $\text{S}$ ri anatica proportione misceatur, retortæ terreæ firmæ indatur, & igne l. a. propellatur  $\text{S}$ rius in vas recipiens, cui aqua frigida sit infusa. Hinc  $\text{S}$ , quod in retorta remansit, coquitur cum aquæ q. s. & instillato  $\text{X}$  præcipitatur  $\text{S}$ ur subtile, quod debet edulcorari, exsiccari & pro usu servari. Quæ si penitius considerentur, altius iri potest, & medicamenta selectissima plura ex eodem fundamento parari gestiunt. Alterum  $\text{S}$ ur  $\text{S}$ rii impurum est, atque cum  $\text{S}$ ro in croci metallorum præparatione, aliisque lixiviosis & salinis sub titulo  $\text{S}$ ris  $\text{O}$ rati  $\text{S}$ rii diaphoretici præparatur. Hoc omnibus, etiam lixiviosis, imprimis etiam lixivio Saponariorum auscultat, quo cum in copia sine magnis sumptibus parari potest.

Ut autem veritas magis pateret, eandem Cinnabarin  $\text{S}$ rii ex  $\text{S}$ re ejusdem paravit Excell. *Wedelius*, recipiendo  $\text{S}$ ur  $\text{S}$ rii cum lixivio Saponar. fact.  $\text{Z}$ iiij.  $\text{S}$ rii sublimati  $\text{Z}$ iv. Pulverisata & mixta in mortario lapideo cum spatula lignea, indita sunt retortæ angustioris orificii, datusque ignis  $\kappa\acute{\alpha}\tau\omega$  in principio levior, hinc sensim auctus, donec tandem omnia (attamen sine igne suppressionis) canduerint.



rint. Primum exiit butyrum, aliquo modo empyreumaticum, hinc se ostendit Cinnabaris, anticâ parte colli retortæ, præcedente, ut solet, quasi iridis splendore. Collectæ sunt Cinnabaris ferè ℥j. cum S̄rii vivi circiter tantundem. Massæ in retorta residuæ fuit ℥ss. ℥iij. reliquum concessit in butyrum. Cinnabaris hæc fuit elegantissima, nullius re-  
 Etificationis indiga.

Huic asserto videtur quidem obstare, quod ob-  
 jici potest & inferri, Cinnabarin ℥nii de ℥nio pa-  
 rum vel nihil participare, eò quòd in ☉ à destilla-  
 tione butyri & Cinnabaris, ferè tantum ℥nii lateat,  
 quantum fuit receptum pondus striis splendenti-  
 bus conspicuum. Sed responderi huic dubio per  
 instantiam facile potest: Si ℥nium cum lixiviosis  
 coquitur, &ur in copia elicitur, nihilominus tan-  
 tundem ferè ℥nii in eisdem usus coquendi sæpius  
 remanet. Deindè ponderis decedentis momentum  
 compensatur ab irrepentibus S̄rialibus gravibus  
 atomis & miculis, & hinc splendens etiam in fundo  
 restitat ℥nium, quia partes salinæ non potuerunt  
 ℥nium ceu menstruo plenario solvere omninò. Et  
 sicut inferri non potest: pondus ℥nii ferè manet  
 integrum; ergo S̄rius vitæ, qui è butyro præ-  
 cipitatur, non est ℥nialis profapiæ; ita nec con-  
 cludi ex eodem fundamento potest, Cinnabarin  
 esse solùm S̄rialis genii, nec de ℥nio partici-  
 pare.

Nec magni Sennerti autoritas obstat, qui lib. de  
 consens. & dissens. Chymic. cum Aristotelic. cap. 19.  
 ita scribit: Cinnabarin ℥nii nonnulli pro S̄re ℥nii ha-  
 bent, sed falso, atq; aliud me docuit experientia. Cum  
 enim Cinnabarin illam sublimare vellem, nec ex voto  
 res succederet, Cinnabaris illa in catillo fusa, ipsissi-



*num*  $\text{¶}$  *niium* mibi iterum exhibuit. Verum videtur ipse sibi contradicere, dum mixtam esse eandem ex  $\text{¶}$ rio &  $\text{¶}$ nio manifestè paulò antè concessit. Notamus autem : quod si urgeatur Cinnabaris hæc  $\text{¶}$ niis igne forti,  $\text{¶}$ rius, ignis impatiens, avolat, &ur verò comburitur, terrestribus particulis relictis; quæ si urgeantur igne, in vitrum nonnunquam abeunt. Itaque probabile est, etiam illud in *B. Sennerti* experimento supradictò contigisse. Quin ipsum &ur  $\text{¶}$ niis auratum additis aliis tincturâ suâ exui facilè potest. Ita cum illud aliquando cum aquila Chymica, sale armoniaco sublimaret Excellentiss. *Wedelius*, pauci ascenderunt flores crocei, maxima verò pars in fundo cucurbitæ remansit, crassamento nigro, instar  $\text{¶}$ niis regenerati.

Ex hisce liquet, Cinnabarin esse duplicis naturæ,  $\text{¶}$ rialis, quoad majorem quidem partem, & &uræ, quoad minorem, quibus terra quasi basin præbet. Ea invicem contemperata, medicamentum faciunt longè nobilissimum, non in capitis tantum affectibus, & potissimum in epilepsia & vertigine, quibus vulgò hæctenus quasi unicè destinatum fuit, sed in omnibus etiam ferè morbis, abundantia ferossæ acri, quæ membranas, nervos, quoquomodo læcessit, debitis; undè in affectibus pleuriticis, scorbuticis, hysteris, spasmodicis, arthriticis abundè officium facit. Sic ex Cinnabrio  $\text{¶}$ niis, in præparatione  $\text{¶}$ rii vitæ elevato, præstantissimum, maximeque insignem pulverem diaphoreticum parat in epilepsia *Henr. Petrus Nosolog. Harmonic. Dogmatic. & Hermetic. lib. i. dissertat. 6.* cui magisterium corallorum & perlarum cum  $\Theta$  le craniis humani addit, illumque à granis x. ad grana xvj. exhibet.

Et



Et Val. Andr. Mollenbroccius tr. de Arthritid. vag. scorbutic. cap. II. Cinnabarin ꝯnii in arthritide vaga scorbutica debellanda egregiæ esse virtutis, ob vim suam anodynam sanguinemque depurandi asserit. Verùm hujus virtus (quod maximè notandum) si manere debet integra, per partium ejus præparationem & Srialium separationem, ut & per acida & alcalia factam inversionem, destrui non debet. Undè folius quoque pulveris Cinnabaris ꝯnii usus celeberrimis Medicis & Chymicis admodum familiaris est.

Miscere aliquid hujus Cinnabaris ꝯnii nonnullos ait Dan. Sennertus Institut. Medic. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 17. cum partibus æqualibus magist. perlar. corallor. & cran. human. & à granis viij. diaphoretici loco, in convenienti liquore in epilepsia exhibere.

Dignitatem epilepticam & antidemicam hanc Cinnabari ꝯniali attribuit etiam Joh. Hartmannus Prax. Chymiatric. part. 2. cap. 10. R. Cinnabar. ꝯnii, Mag. perlar. corallor. ana q. v. Misc. fiat pulvis.

Ejusmodi Pulveres Cinnabarinos Antimoniales, nec non Tabellas, tales describunt Guerner. Rolfsincius Chym. in art. form. redact. lib. 5. sect. 5. cap. 6. item Ord. ac Meth. Med. Special. lib. 7. sect. 1. cap. 5. & Frid. Hoffmannus in Thesauro Pharmaceutico sect. 23.

R. Cinnab. ꝯnii, Magist. corn. alc. ana ʒij. E-læosacch. citr. angelic. ana ʒj. Misc. fiat pulvis. Detur in vitro. S. Hauptstärckend Pulver.

R. Cinnab. ꝯnii ʒj. Magist. corn. alc. ʒiij. corallor. perlar. ana ʒʒ. Cran. human. præp. ʒj. Misc. fiat pulvis.



℞. Cinnab. ꝑnii ℥ij. pulverifatam in alcool ir-  
roretur & misceatur cum Ol. still. succin. rutæ ana  
ʒij. cinamom. rosismar. ana ʒß. in mortario vi-  
treo pistillo vitreo. Post adde Cran. human. sin.  
ign. præp. Ungul. alc. præp. ana. ʒj. Foecul. radic.  
pœon. ʒij. Pulv. radic. ireos Flor. Mag. perlar. co-  
rallor. ocul. ʒ ana ʒß. Mosch. ʒj. Ambr. grif. ʒß.  
Elæosacch. citri q. s. ad gratum saporem. In mor-  
tario agitentur & misceantur. Add. Fol. Ori N. vj.  
Fiat antidinicum & epilepticum *Τράχημα.*

℞. Cinnab. ꝑnii ʒß. Magist. corn. alc. cran. hu-  
man. ana ʒj. corallor. perlar. ocul. ʒ ana ʒß. Fol.  
Ori N. vj. Misc. fiat pulvis. Detur horis matutinis  
in jure, pomeridianis in vino *Hispanico.*

℞. Cinnab. ꝑnii ʒß. Pulv. radic. pœon. ʒj. E-  
læosacch. lil. convall. ʒij. citri ʒj. Misc. exactè. S.  
*Hauptstärckend Pulver auff drey mal.*

℞. Cinnab. ꝑnii Magist. ungu. alc. perlar. ana  
ʒß. Misc. fiat pulvis, dividendus in tres partes æ-  
quales. S. *Pulverlein.*

℞. Cran. human. strang. & sine ign. calcinat. ʒj.  
Ungul. alc. Visc. quercin. ana ʒß. Cinnab. ꝑnii ʒj.  
Misc. fiat pulvis. S. *Schlagpulver.*

℞. Spec. diamb. diamosch. dulc. ana ʒj. Cin-  
nab. ꝑnii ʒß. Sacch. ad pond. omnium. Misc. fiat  
pulvis.

R. Cinnab. ꝑnii rectificat. ʒj. Bezoardic. ʒlar.  
ex ceraunochryso parat. ʒj. Mag. corallor. perlar.  
ana ʒij. Misc. fiat pulvis. Dosis ejus est ad grana viij.

℞. Cinnab. ꝑnii ʒj. In alcool redige diligenti  
trituratione. Adde Magister. c. c. alc. ana ʒj perlar.  
corallor. Succin. præp. ana ʒß. Cran. human. præp.  
Visc. quercin præp. ʒ l. stercor. pavon. Ol. still. suc-  
cin. majoran. ana ʒj. Misc. fiat pulvis.



℞. Cinnab. ꝯnii opt. rectificat. nativ. *Ungaric.*  
vel *Armen.* ana ꝯß. Smarag. oriental. præp. c. c. sine  
ign. præp. corn. alc. sin. ign. præp. Visc. corylin. ana  
ꝯj. Misc. fiat pulvis, cujus dosis est à ʒj. ad ꝯj.

℞. Pulv. March. ꝯij. Oss. de corde cervi ꝯiß.  
Cinnab. ꝯnii rectificat. nativ. ana ꝯj. Misc. fiat pul-  
vis. Dosis est à ʒj. ad ꝯj.

℞. Sacch. alb. fin. ꝯxj. Solv. in Aq. carfunc. aur.  
ꝯj. majoran. lil. convall. ana q. s. Coque donec spa-  
tulâ exceptum & quassatum volet. Radic. doronic.  
lut. Officinal. ꝯj. Visc. quercin. ꝯij. Cran. human.  
præp. Ungul. alc. præp. ana ꝯj. Magist. perlar. coral-  
lor. ana ꝯß. Spec. diamb. diamolch. dulc. diarhod.  
abb. pleresarch. ana ꝯj. Amygdal. dulc. Ambr. incis.  
Nucl. pin. incis. ana ꝯß. Cinnab. ꝯnii Bezoard. lu-  
nar. ex electo ana ꝯß. Cortic. citri rec. incis. ꝯß.  
Conserv. fl. poëon. anthos, caryophyll. hortens.  
rubro-nigr. fl. citri, primul. ver. ana ꝯj. Fiant l. a. Ta-  
bellæ pondere ꝯß. Inaurentur in apicibus formâ  
crucis. Dentur in scatula. S. Præservativ-**Zucker.**

Præterea sicuti ex Cinnabari nativa & minerali,  
ita quoque ex hac Cinnabari ꝯnii ꝯrius vivus, cur-  
rens, sincerus & purus elici potest. Modum egre-  
giè ostendit *Joh. Zwelferus Mantiss. Spagyric. part.*  
*2. cap. 7.* ubi etiam *cap. 8.* ex Cinnabari ꝯnii Sulphur  
ꝯnii præstantissimum, & ex eo iterum Diaphoretic-  
um efficacissimum hunc in modum conficit. Cin-  
nabaris ꝯnii in pulverem redacta coquatur cum  
lixivio forti, ex tartaro calcinato, & calce viva, in  
sartagine ferrea, horis circiter tribus, vel quousque  
lixivium rubicundo imbuatur colore: tinctum de-  
cantetur, aliudque superaffundatur, & coquatur:  
quod tamdiu continuandum, quousque lixivium  
colore rubro non amplius imbuatur. Tincturæ



omnes, dum adhuc calent, filtrentur, & in loco frigido quietè postea relinquuntur, donec pulvis rubicundus (qui verum  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  sulphur) fundum petierit: quod segregatâ aquositate, vel lixivio, per decantationem & filtrum, sæpiusque aquâ recenti affusâ, quousque omnis falsedo ablata sit, exsiccatum  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  tandem asservetur: uti &  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  vivus, qui in sartagine conspicietur, partim ex  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$   $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$ , partim ex sublimato  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  originem trahens, seorsum custodiendus est.

Ex hoc Sulphure  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  est Diaphoreticum sequens.  $\text{R}^{\text{e}}$ . Sulph.  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  præscripti, Regul.  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$   $\text{O}^{\text{u}}$ lar. ana  $\text{z}^{\text{ij}}$ . Hæc in pulverem subtilem redacta, probeque mixta, immittantur retortæ vitreæ: quibus superaffundantur Spir. seu Olei  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  per campanam facti, vel etiam Spir.  $\text{O}^{\text{u}}$ li dephlegmati  $\text{z}^{\text{iiij}}$ . Digerantur calore leni septimanâ circiter unâ: postea abstrahatur spiritus totus: qui tamen reafundendus & abstrahendus; & hoc vel secundâ tertiave vice repetendum est, augendo ultimò ignem, ut retorta horis decem circiter candeat. Massa in fundo relicta, & aquâ rosacâ sæpius lota, usui asservetur: cui tamen, si lubet Bezoar orient. veri & occident. ana  $\text{z}^{\text{ij}}$ . circiter admisceri possunt. Sudoriferum præstans est; hinc in morbis venenatis & malignis, ubicunque sudore proliciendo opus, cum emolumento adhibetur.

Sic pariter Cinnabaris  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  in collo retortæ, post destillationem butyri, igne suppressionis elevata, rectificata, & ex ea secundum *Hartmannum*  $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$   $\text{S}^{\text{u}}\text{u}^{\text{r}}$  fixum concinnatum, potenter sudorem movent, ad grana v. vj. assumpta. Et Cinnabaris hæc rectificata creditur communiter basis Panacææ *Antwaldina*: dirigentia & exaltantia sunt magisteria coral-



corallorum & perlarum; habita tunc temporis est pro summo arcano; sudorem potenter movet, & infirma viscera roborat. Item  $\text{R. } \odot$ . fulminant. Crystall.  $\text{Hni}$  & Cinnab.  $\text{Hni}$  rectificat ana q. s. Misc. & philosophicâ putrefactione radicaliter uniantur. Et sic in desperatissimis morbis acquiramus remedium, quod rarerent Medicum deseret. In febribus malignis miranda præstat, pro pueris, ad grana tria aut quatuor, pro adultis autem ad grana octo exhibitum.

## CAPUT X.

*Differentiam inter Cinnabarin Minerale, seu Minium Naturale & Minium factitium atque Sandycem instituit.*

**N**ON Minium naturale, quod Cinnabaris mineralis est, sed factitium hîc intelligimus; hoc enim à priori multum distat. Causam siquidem materialem eandem utrumque non habet. Minium naturale namque metallicum est, atque ex fodinis argentariis eruitur; factitium autem ut plurimum ex plumbo calcinato paratur; funditur nimirum plumbum, aucto que igni ut olla candeat, continuâ agitatione reducitur in cinerem, seu calcem cineream, & calx illa  $\text{Hni}$  continuâ agitatione reverberatur ulterius, ut rubescat. Ex hac ignis operatione reverberatoria acidum quoddam in flamma esse innotescit, dum Minii pondus superat  $\text{Hni}$  pondus, ex quo illud emerget; v. gr.  $\text{Hni}$  sumantur 100 lb, exurantur aridis lignis in Minium, & cum illud in Minium conversum, reperiuntur 110 lb; quaritur,